

## ¶ Sermo

principium est et finis. Cui laus et gloria per infinita secula. Amen.

¶ Explicite prologus.

¶ Dominica prima aduentus.  
¶ Epistola ¶ Roma. xiiij.

**H** fratres scientes. quis hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim prope est salus nostra quia cum crederetis. Non precessit. dies autem appropinquabit. Abijciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sic ut in die honeste ambulemus. non in comestationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicijs. non in contentione et emulatione: sed induimini dominum ihesum christum.

¶ Evangelium ¶ Math. xxi.

**I**n illo tempore. Cum appropinquaret ihesus iherosolimam et venisset bethfage ad montem oliueti: tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est. et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. soluite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quod dominus huius opus hoc. et custodiamus vos. hoc autem totum factum est ut adimpleret quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: sedens super asinam et pullum filium iacob. Cuncti autem discipuli fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum. et imposuerunt

## ¶ Primus

super eos vestimenta sua. et cum descenderet sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij autem ramos cedebat de arboribus et sternerant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio david. benedictus qui venit in nomine domini.

¶ Sermo primus de aduentu.

**U**niverse vie domini misericordia et veritas. **Ps.** xiiij. Qui populo notificat sui regis aduentum sollicitate querit de via per quam venturus est ut valeat ei obuiare. Ita et nobis hodie annunciatore nostri regis aduentu: vias eius in hac auctoritate psalmista declarat. cuius ait. **¶** Universe vie domini misericordia et veritas. **¶** Quod duplex est aduentus christi. et qui liber sibi habet viam determinatam. Primus est ad redemptorem. et via eius est in misericordia generali quia septem misericordias exhibuit humano generi. **¶** Prima est. quia dimisit nobis omnem omnium iniuriam condonando. et in gratiam suam recipiendo. quod ostendit in incarnatione quia naturam nostram sibi univit et quasi quandoque parentelam nobiscum contraxit. Unde est quod in natiuitate eius pacem angeli cecinerunt. Siquidem ante natiuitate triplex erat discordia. scilicet inter deum et hominem propter peccatum inobedientie. Inter angelum et hominem propter impedimentum restauracionis angelice. Inter hominem et hominem. scilicet populum iudaicum et gentilem propter diversitatem culture. Et hanc triplicem discordiam christus in se

¶. iij.